

NONII MARCELLI DE COMPENDIOSA DOCTRINA

LIBROS XX

ONIONSIANIS COPIIS VSVS EDIDIT

WALLACE M. LINDSAY

VOLVMEN I

LL. I—III, ARGVMENTVM, INDICEM SIGLORVM ET
PRAEFATIONEM CONTINENS

Editio stereotypa

Q

1964

Georg Olms Verlagsbuchhandlung
Hildesheim

Mit Genehmigung des Verlages B. G. Teubner,
Stuttgart, veranstalteter reprographischer Nachdruck

Alle Rechte, auch die der Übersetzung, des auszugsweisen
Nachdruckes und der fotomechanischen Wiedergabe,
seitens der B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Stuttgart, vorbehalten

Printed in Germany

Herstellung: fotokop. Reprografischer Betrieb GmbH., Darmstadt

NONII MARCELLI DE COMPENDIOSA DOCTRINA

LIBROS XX

ONIONSIANIS COPIIS VSVS EDIDIT

WALLACE M. LINDSAY

VOLVMEN I

LL. I—III, ARGVMENTVM, INDICEM SIGLORVM ET
PRAEFATIONEM CONTINENS



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIII



ARGVMENTVM.

Index siglorum.

Praefatio.

Lib. I. De proprietate sermonum.

II. De honestis et nove veterum dictis per litteras.

III. De indiscretis generibus per litteras.

IV. De varia significatione sermonum per litteras.

V. De differentia similium significationum.

VI. De inpropriis.

VII. De contrariis generibus verborum.

VIII. De mutata declinatione.

IX. De numeris et casibus.

X. De mutatis coniugationibus.

XI. De indiscretis adverbis.

XII. De doctorum indagine.

XIII. De genere navigiorum.

XIV. De genere vestimentorum.

XV. De genere vasorum vel poculorum.

XVI. De genere calciamentorum.

XVII. De coloribus.

XVIII. De generibus ciborum vel potionum.

XIX. De genere armorum.

XX. De propinquitatum vocabulis.

Indices.

I. Index lemmatum et vocabulorum obiter tractatorum.

II. Index auctorum.

III. Index rerum.

INDEX SIGLORVM

ET PHILOGORVM QVI IN NOTIS LAVDANTVR.

A ^A	(1) in lib. IV ^o ., fons codicum Gen. (unde H Cant. P) et B. (2) in libb. V—XX fons codicum H et PE.
Acidal(ius)	In Plautum Divinationes et Interpretationes. (Gruteri Lampas t. VI.).
Agahd	ed. Varronis Antiquitatum Rerum Divinarum libb. I, XIV—XVI, Lips. (Teubner.) 1898.
Ald.	ed. Nonii Aldina. Venet. 1513.
Augustinus	Fragmenta historicorum collecta. Antwerp. 1595. Emendationes et opiniones. Lugduni 1560.
B	codex Bernensis 83, saec. XI ⁱ .
BA	(1) in libb. I—III, fons codicum G (et PE fortasse) et correctionum H ² L ² . (2) in lib. IV ^o ., fons codicis G et correctionum H ² L ² Gen. ² Cant. ² P ² E ² . (3) in libb. V—XX, fons codicis G et correctionum H ² L ² P ² E ² .
Baehrens	ed. fragmentorum poetarum Latinorum (Teubn.).
Bamb.	codex Bambergensis M. V. 18, saec. XI ⁱ .—XI ⁱ .
Barth(ius)	Adversariorum libri. Francof. 1624.
Becker	(I). De divisione saturarum C. Lucilii (Zeitschr. f. Altertumsw. 1842).
Bentin(us)	in nova ed. Nonii Aldina. Venet. 1526.
Bentl(eius)	marginalia in exemplari Nonii ap. Museum Britannicum ed. Zangemeister (Rhein. Mus. XXXIII, 462 sqq.).
Bergk	De aliquot fragmentis tragicorum Latinorum (Rhein. Mus. III, 71 sqq.), etc.
Bern. 347, 357	codices Noniani Bernenses 347 et 357, saec. XI ⁱ ., olim cum Paris. 7665 coniuncti.
Bongars	Ad Iustinum. Paris. 1581, etc.

- Both(e) Emendationes Nonianae (Rhein. Mus. V, 250).
Poetarum scenicarum fragmenta. Lips. 1834.
- Bouterwek ad Lucilium (cf. Rhein. Mus. XXI, 339 sqq.; Philolog.
XXXII, 354 sqq., 691 sqq.). Quaestiones Lucilia-
nae. Elberfeld 1867. De C. Lucilio satirico.
Merseburg 1871.
- Bue. Buecheler (1) in ed. Varronis Saturarum Menip-
pearum (cum Petronii Satiris).
Berol. 1882.
(2) in notis ed. Ribbeckianae Fragment-
torum Scaenicae Romanorum Poesis.
Lips.³ 1897/8.
- CA fons codicum Paris. 7666, Lugd., Bamb., Turic.
Cant. codex Cantabrigiensis (Bibliothecae Universitatis
MM. V, 22), saec. IX¹. ex.
- Canterus (Gul.). Novae Lectiones (Gruteri Lampas t. III).
(Theod.). Variarum Lectiones, Antwerp. 1574.
- Carrio (Ludovicus). Antiquae Lectiones. Antwerp. 1576.
Emendationes et observationes (Grut. Lamp.
t. III).
- Casaubon ad Lucilium, ap. ed. Dousae.
- Cauch ap. ed. Iunianam Nonii.
- Ciacconius Notae in Sallustium. Lugd. Batav. 1594.
- Columna Ad Ennii fragmenta. Neapoli 1590.
- Corpet Satires de C. Lucilius. Paris. 1845.
- Cuiac(ius) Observationum libri XI. Lugduni 1555—1570.
- DA fons codicum Paris. 7665 (cum Bern. 347 et 357),
Montepess., Oxon.
- Delrius Syntagma tragoediae Latinae. Antwerp. 1593.
- Dous(a) (Franc.). C. Lucilii satirarum reliquiae. Lugd.
Batav. 1697.
- Duentzer Livii Andronici fragmenta. Berol. 1835. De versu
Saturnio. Bonn 1838 (cf. Zeitschr. f. Alter-
tumsw. 1838; Rhein. Mus. 1848).
- E codex Escorialensis M. III, 14, saec. XI¹.
ed. pr(inc.) (1) in libb. I—II, IV—XX, a. 1470.
(2) in lib. III, a. 1511 Pisauri (cf. Journ. Phil. XXI, 219).
- F codex Florentinus (Laur. XLVIII, 1), saec. IX¹.
Faber (Nic.). Conjecturae ap. ed. Mercarianam.
Fleckeisen (cf. Rhein. Mus. passim; Jahrb. Philol. 1857).
Francken Coniectanea critica ad C. Lucilii librorum decadem
primam. Amst. 1869: Noniana (Mnemos. XXVI,
373 sqq.).

Freinsheimius	Ad Florum. Argentor. 1655.
Fruter(ius)	Verisimilia et Epistolae philologicae (Grut. Lamp. t. II et V).
G	codex Gudianus (Wolfenbuettel. 96), saec. XI ¹ .
Gebhard(us)	Crepundiorum libri III. Antiquarum lectionum libri II (Schminck. Syntagm. Crit.).
Gen.	codex Genevensis 84, saec. IX ¹ .
Gerlach	ed. Nonii (cum Roth.). Basil. 1842. Lucilii Saturarum reliquiae. Turic. 1846. ed. Sallustii. Basil. 1843.
Gifan(ius)	Ad Lucretium. AntuERP. 1565. In linguam Latinam observationes. Altenburg 1762.
gl.	Glossarium Nonianum ex cod. Lugdunensi (67 F) saec. VIII ¹ .—IX ¹ . ed. Goetz in Corp. Gloss. Latin. vol. V.
Gothofredus	Auctores linguae Latinae. 1585.
Grauert	ad Lucilium (Programm. Münst. 1848). Histor. und philolog. Analecten. Münst. 1833.
Grantoff	Turpilianarum comoediarum reliquiae. Bonn 1853.
Gronov(ius)	(Io. Fred.). Observationum libri IV. Lips. 1755.
Grottemeyer	De Attii tragoediis. Münst. 1852.
Grotius	Emendationes in tragicos Latinos (Biblioth. critica nova, t. IV, Lugd. Batav. 1828).
Gruterus	Lampas sive Fax artium liberalium. Francofurti, VI vol. 1602—1607.
Guietus	(Franc.). Perpetuus Nonii Marcelli commentarius, codex Bibliothecae Parisiensis.
Gulielm(us)	(Ianus). Verisimilia. AntuERP. 1582. In Plautum quaestiones (Gruter. Lampas, t. III).
Gurlitt	Nonius Marcellus u. die Cicero-Briefe. Steglitz 1888.
H	codex Harleianus (Mus. Britann. 2719) saec. IX ¹ .—X ¹ .
Havercamp	Notae in Lucretium, Leydae 1725. In Sallustium, 1742.
Havet	Mélanges Graux pp. 803 sqq. (cf. Rev. Philol. XV, 61 sqq. et passim).
Heinsius	(Nic.). Adversariorum libri IV. Harlingae 1742.
Heldrich	Ueber Nonius' Citate aus Varros Werke vom Landbau (Programm des Staats-Gymn. in Pola 1893).
Hermann	(God.). Elementa doctrinae metricae. Lips. 1816. Opuscula. Lips. 1827—1839.
Hertz	ed. Auli Gellii. Lips. 1861. A. Gellius und Nonius Marcellus (Jahrb. Philol. LXXXV, 705 sqq. et Opusc. Gell. pp. 85 sqq.).

Hoffmann	De Plautinae Amphitruonis exemplari et fragmentis. Vratislav. 1848.
Iordan	M. Catonis, praeter librum de Re Rustica, quae exstant. Lips. 1860.
Iun(ius)	(Hadr.). Ed. Nonii, Antuerp. 1565. Animadversorum libri VI. Basil. 1556.
Kettner	Varronische Studien. Halle 1865. Kritische Bemerkungen zu Varro. Halle 1868.
L	codex Lugdunensis (Voss. lat. fol. 73), saec. IX ⁱ .
Lachmann	ed. Lucretii. Berol. 1851.
Lagun(a)	(Mart.). Ad Ciceronis Epistolas. Lips. 1804.
Lambecius	Lucubrationes criticae ad Auli Gellii Noctes Atticas. Paris. 1647.
Lambinus	Notae in Lucretium, Paris. 1563. In Ciceronem, 1566.
Lang(e)	Vindiciae tragoediae Romanae. Lips. 1832.
Laurenberg	Antiquarius, Lugduni 1622.
Leopardus	Emendationes et miscellanea (Grut. Lamp. t. III).
Lindemann	Corpus Grammaticorum Latinorum veterum. Lips. 1831—1840.
Lipsius	(Iust.). Opera omnia quae ad criticam proprie spectant. Antuerp. 1585.
Lugd.	codex Lugdunensis (Voss 4 ^{to} . 116), saec. X ⁱ .—XI ⁱ .
Madvig)	Adversaria Critica II (pp. 651 sqq.). Hauniae 1873.
Maehly	ad fragm. Tragicorum et Comicorum (Jahrb. klass. Philol. LXXV, 286 sqq.; LXXXIII, 139 sqq.). Varroniana. Bas. 1865.
Maius	Ad Cic. de Republica. Romae 1828.
Maurenbrecher	Ed. Sallustii Historiarum fragm. Lips. (Teubn.) 1893.
Me.	Mercerus (Ios.). ed. Nonii, Paris. ¹ 1583, Paris. ² (vel Sedan.) 1614.
Meinek(e)	De Varronis saturis. Marburg 1845.
Merula	Ennii Annalium fragmenta. Lugd. Batav. 1595.
	Opera varia. Lugd. Batav. 1684.
Meursius	Exercitationum criticarum partes II. Lugd. Batav. 1599.
Meyer	(Henr.). Oratorum Romanorum fragmenta. Turic. 1832.
Montepess.	codex Montepessulanus (212), saec. IX ⁱ .—X ⁱ .
Mu.	Mueller (Luc.). ed. Nonii, Lips. 1888.
Mueller, C.F.	Plautinische Prosodie. Berl. 1869.
Munk	De L. Pomponio Bononiensi. Glogau 1826. De fabulis Atellanis. Lips. 1840.

- Muretus *Variae Lectiones*. Lugd. Bat. 1586 (et in Grut. Lamp. t. II).
- Naekius *Comm. de Pacuvii Duloreste*. Bonn 1822 (cf. Rhein. Mus. Isqq.).
- Nettl. *Nettleship* (Iourn. Phil. XXI, 232 sq.; XXIV, 212 sqq.).
- Neukirch *De fabula togata Romanorum*. Lips. 1833.
- 'Non. Marc.' *Lindsay. Nonius Marcellus' Dictionary of Republican Latin*. Oxford (Parker) 1901.
- Norden *In Varronis saturas Menippeas observationes selectae*. Lips. 1891. (Fleck. Jahrb. a. 1891. Suppl. pp. 276 sqq.)
- Oehler *Varronis Saturarum Menippearum reliquiae*. Quedlinburgi et Lipsiae 1844.
- On. *Onions*. Ed. Nonii libb. I—III. Oxford 1895. (Cf. Iourn. Phil. XVI, 161 sqq.; XVIII, 90 sqq.; Class. Rev. III, 247 sq.)
- Orelli *Ad Ciceronis fragmenta*. Turic. 1828. Ed. Ciceronis 1826—1837.
- Osann *Analecta critica*. Berol. 1816.
- Oxon. *codex Oxoniensis* (Bibl. Bodl., Canon. Class. Lat. 279), saec. XI.
- P *codex Parisinus* (lat. 7667), saec. XI.
- Palmerius *Spicilegium*. Francofurti 1580.
- Paris. 7665 *codex Parisinus* (lat. 7665), saec. XI.
- Paris. 7666 *codex Parisinus* (lat. 7666), saec. XI.
- Passerat *Coniecturarum liber*. Paris. 1612.
- Perottus *Cornucopia*. Venet. (Ald.) 1499.
- Peter *Historicorum Latinorum fragmenta*. Lips. (Teubn.) 1883.
- Pithoeus (Petr.). *Adversaria subseciva*. Paris. 1565.
- Pius (Bapt.). *Annotationes* (Grut. Lamp. t. I).
- Plasberg *De M. Tullii Ciceronis Hortensio Dialogo*. Lips. 1892.
- Pontanus *Analectorum lib. III. Rostochii* 1600. *Ad fragmenta historicorum* ed. Havercamp.
- Popma *Ad Varronem. Franeckeræ* 1589. *Ad fragm. historicorum*, ed. Havercamp.
- Quich. *Quicherat*. Ed. Nonii. Paris. 1872.
- Ranchinus *Variae Lectiones* (Schminck, Syntagma criticum).
- Ribb. *Ribbeck. Tragicorum latinorum reliquiae*. Lips.^s (Teubn.) 1897. *Comicorum latinorum reliquiae*. Lips.^s (Teubn.) 1898.
- Riccobon(i) *Fragmenta historicorum veterum Latinorum*. Basil. 1569.

Ries(e)	Varronis saturarum Menippearum reliquiae. Lips. 1865.
Roeper	Varronis Eumenidum reliquiae. Danzig 1859.
Roth	(vid. Gerlach).
Rutgers(ius)	Variarum lectionum libri VI. Lugd. Batav. 1618.
Salmas(ius)	Exercitationes Plinianae ad Solinum. Paris. 1629.
Scal. MS.	Scaligeri marginalia in exemplaribus Nonii apud bibliothecas Lugdunensem et Bodleianam (vid. Nettleship in Journ. Phil. XXII, 74sqq.).
Schegk(ius)	Observationum et emendationum praemessa (Grut. Lamp. t. IV).
Schmidt	(Ferd.). C. Lucilii satirarum quae de libro IX ^o supersunt. Berol. 1840.
Schneider	(Io. Gottlob.). Scriptores Rei rusticae. Lips. 1794—1797.
Schoell	Beiträge zur Geschichte der griechischen Poesie. Berl. 1839.
Sciop(pius)	Verisimilia. Symbola critica. Suspectae lectiones. Amst. 1662.
Scriverius	Collectanea veterum tragicorum. Lugd. Batav. 1620. Opera philologica et poetica. Arnheimiae 1752.
Sigon(ius)	Emendationes (Grut. Lamp. t. II).
Spangen- berg	Ennii Annalium fragmenta: Naevis de Bello Punico fragmenta. Lips. 1825.
Spengel	Ad Caecilii fragmenta. Monac. 1829.
Stephanus	(Rob. et Henr.). Fragmenta poetarum veterum Latinorum. Paris. 1564.
Stevech(ius)	In Arnobium adversus gentes. Lugd. Bat. 1651. Ad Vegetium. 1592.
Stowasser	Noniana. Freistadt. 1884.
Turic.	fragmentum Turicense (C 79 b), saec. X ⁱ .
Turneb(us)	Adversariorum libri XXX. Paris. 1565.
Umpfen- bach	Meletemata Plautina. Giss. 1860.
Ursinus	Ad fragm. Historicorum, ap. Augustini ed. Ad Varronem de Re Rustica, ap. Schneideri ed.
Vahlen	Ennianae poesis reliquiae, Lips. 1854. In Varronis Saturarum Menippearum reliquias coniectanea. 1858. Analecta Noniana. 1859.
Varges	Specimen quaestionum Lucilianarum. Bonn 1835 (Rhein. Mus. III, 15).

Victor(ius)	(Petr.). Variarum lectionum libri XXV. Florent. 1553.
Voss(ius)	(Ger. Io.). Castigationes et notae in tragicorum Latinorum fragmenta (Opera omnia. Amst. 1685—1701).
Wass(e)	Ad fragmenta historicorum in ed. Havercamp.
Σ	codices recentiores vel aliquot vel plerique. Litteris cursivis ea additamenta quae aliquod dubitationis habent exhibentur. Loci excerpti quos habent tertiae familiae codices indicantur in intervallo inter textum et apparatus criticum. Citantur secundum editiones Teubnerianas plerique auctores, sicut Lucilius sec. ed. Luc. Muelléri, Catonis fragm. sec. ed. Iordani, Varro in libris Antiq. Rer. Div. I, XIV—XVI sec. ed. Agahdi, Scaenicorum fragm. sec. ed. Ribbeckii, Historicorum fragm. sec. ed. Petri, Sallustius in Hist. sec. ed. Maurenbrecheri, Varro in Logistoricis sec. ed. Riesii, Liv. Andronicus in Odyss. et aliorum poetarum fragmenta sec. ed. Baehrensii, Grammatici sec. ed. Keilii; sed: Ennius¹⁾ in Annal. et Naevius in Bell. Poen. sec. ed. Luc. Muelléri, Festus et Pauli Epitome sec. ed. C. O. Muelléri, Nigidius sec. ed. Svobodae, Varro in Sat. Menipp. sec. ed. Buecheleri, Varro in Linguae Lat. libb. V—X sec. ed. Spengeli, Varro in fragm. grammatic. sec. ed. Wilmannsii. Cum necesse esset Muellertianam versuum numerationem in hac minore editione, quantum fieri posset, obtinere, fragmenta aliquot versuum iusto longiorum in numeratione sunt neglecta, ut 2 M. 12.

1) Dum plagulas lib. VI. corrigo, ecce venit mihi in manus liber egregius, 'Ennianae Poesis Reliquiae: iteratis curis recensuit Iohannes Vahlen' (Lips., Teubn., MCMII).

PRAEFATIO.

De scriptore huius operis vix quidquam comperire licet, praeter ea quae operis titulus docet, *Noni Marcelli Peripatetici Tubursicensis*¹⁾ *de Conpendiosa Doctrina ad Filium*, eum appellatum Nonium Marcellum, philosophiae Peripateticae addictum, Thubursici civem fuisse. Vixit autem post Aulum Gellium, Septimium Serenum, Apuleium, Gadullium Gallicanum, quos scriptores laudat, ante Priscianum, a quo ter²⁾ laudatur. Dedicatio sane illa anno 323 P. C. insculpta, quae haud ita pridem Thubursici Numidarum est reperta, *beatissimo saeculo d. n. Constantini Maximi semper Aug. et Crispi et Constantini nobb. Caess. plateam veterem omni lapide spoliata Nonius Marcellus Herculus solide constravit et thermas et cetera ruina dilapsa aedificia* (C. I. L. VIII, 4878), patriam Nonii certius determinat, de aetate qua vixit nihil certi affert; nam quis fuerit ille Nonius

Nonii
patria et
aetas.

1) Cf. Apuleii Metamorphoseon titulus: 'L. Apulei Platonici Madaurensis . . .'

2) Inst. I p. 35, 20 H. 'sifilum' quoque pro 'sibulum' teste Nonio Marcello de Doctorum Indagine dicebant; I p. 269, 24 'incus' etiam 'incudis', quod ponit Nonius Marcellus de Doctorum Indagine: massa malleis cuditur, unde etiam incus est appellata; I p. 499, 20 Nonius tamen Marcellus de Mutatis Coniugationibus sic ponit: 'sapivi' pro 'sapui'. Novius Virgine Praegnante: quando ego Plus sapivi, qui fullonem compressi quinquatribus. Vid. etiam Mueller II, pp. 259 sq.

Marcellus Herculus, utrum grammaticus ipse an filius, nepos, pater, avus prorsus nescimus.

Compendiosa
Doctrina
eius quem
ad finem
scripta.

Plura vero et certiora discimus, dum opus eius aliquanto attentius consideramus. Et primum quidem, quod ex titulis singulorum librorum et ex totius operis tenore satis apparet, Nonius eorum fuisse cognoscitur qui antiquam scribendi et dicendi normam revocare voluerunt, quemadmodum rhetor ille a Gellio (Noct. Att. XI, VII, 3) derisus, qui obsoleta vocabula, 'apludam' et 'flocces', in dictionem suam inculcavit. Tota enim investigatio Nonii ea vocabula, eos dicendi usus quaerit, quos 'honesti' auctores adhibuerunt, ii scilicet qui ante Augusti aetatem vixerunt, addito Vergilio, antiquitatis amante, exclusis autem Catullo et νεωτέρον poetarum grege cum aliis 'obscurae auctoritatis sed summis scriptoribus' (229, 10); et Nonius ipse in loco, quem paulo iactantius laudat, suarum Epistularum¹⁾ vocem quandam 'torpedinem' usurpat, quae in libro III (De Indiscretis Generibus) tractatur (229, 3): TORPEDO feminini.²⁾ Sallustius Historiarum lib. I: haec si placent, si tanta torpedio animos obpressit (cf. 155, 24 PROSPICA et DESPICA, intenta et contemplata. Naevius Astiologa: hac sibi prospica, hac despica. *Potest ergo 'prospicus' et 'despicus' dici*). Opus igitur Nonianum, quemadmodum titulus docet, compendiosa est doctrina honesti, id est antiqui, dicendi et scribendi moris, filii³⁾ causa conscripta.

1) MERIDIEM . . nos in Epistulis quae inscribuntur De Peregrinando a Doctrinis: exvigila igitur aliquando et moracium cogitationum, priusquam aetas in meridie est, torpedinem pelle (451, 11—13).

2) Nam usitata vox 'torpor' generis masc.

3) Venia igitur danda his locutionibus: APLVDAS . . quamquam et Plautus in Astraba fabula ita dixerit, cuius incertum est an sit ea comoedia; atque ideo versus eosdem ponere supersedimus. ADVLTERIONEM pro adultero Laberius Cophino. quem si quis legere voluerit, ibi inveniet, et fidem nostram sua diligentia adiuvaabit. MENDICIMONIUM et MOECHI-

Deinde cum aut ob mortem scriptoris aut aliam ob causam libri Noniani forma illa rudi et inchoata, ^{et quomodo composita.} qua primum sunt congesti, publici iuris facti sint¹⁾, licet et modum compilationis et fontes certissime indagare. Patet igitur Nonium materiem suam ex his scriptoribus et nullis aliis hausisse: Plauto (in fabulis Varronianis XXI), Lucretio, Naevio (in Lycurgo, Danae et fortasse Gymnastico), Accio, Pomponio (in fabulis quarum tituli a P littera incipiunt), Novio, Lucilio (in Saturarum libris I—XX, XXVI—XXX), Ennio (in Hectoris Lytris et Telepho, et fortasse aliis tragoediis), Turpilio, Pacuvio (in fabulis aliquot), Cicerone (in libris de Rep., de Deor. Nat. II, de Off., Hortens., de Sen., de Fin., Orat., de Orat., Acad., Tusc., in Epistulis ad Caes. iun., in orationibus Verrinis et fortasse Philipp.), Varrone (in Sat. Menipp., in lib. de Re Rustica I, de Vita Pop. Rom., Cato vel de liberis educandis), Salustio, Afranio (in fabulis aliquot), Vergilio, Terentio, Sisenna (in Hist. III—IV), necnon ex grammaticis vel lexicographis aliquot, inter quos erat Aulus Gellius, a quibus sumpsit citationes et supra dictorum scriptorum et aliorum, ut Caecilii, Laberii, Titinii. Patet etiam ipsum supra dictos scriptores et grammaticos, quorum scripta aut in sua ipsius bibliotheca aut in bibliotheca publica praesto fuisse videntur, evolvisse, annotationibus usum quas in marginibus eorum reperit²⁾, et ingentem congeriem vocabulorum ex iis

MONIVM Laberius . . in eo verba haec inveniet, qui doctrinae studium putaverit adhibendum (70,1 sqq.; 140,32 sqq. Haec ex Gellio sumpta qui verba Plauti et Laberii non protulerat!). Nam coram filio aut discipulo quis fatetur se nescire?

1) Quod declarant inter alia repetitiones eiusdem lemmatis, ut in lib. I *occasio* (42,11 et 61,24). Vide quae disseruimus in libello cui titulus 'Nonius Marcellus', Oxonii a. 1901 edito.

2) Quod ipse fatetur in p. 541,25 LIMBUS, ut adnotatum invenimus, muliebne vestimentum, quod purpuram in imo

fontibus haustam in libros viginti (usitatus¹) is numerus in operibus grammaticis erat) paulo incuriosius²) dis-

habet. Plautus in Aulularia: textores limbolarii arcularii. Et in p. 43, 13 sqq. positio Lucilianae citationis inter duas Plautinas indicat eam ex annotatione in Plaut. Amph. 179 haustam. Sic enim scribit Nonius: VERNAS . . Plautus Amphitryone 'hic, qui verna natus est, queritur'. Lucilius 'vernā ac cercupithecon'. Plautus, qui supra (Amph. 1033) 'cum cruciatu tuo istaec hodie, verna, verba funditas'. Cf. p. 113, 24 FLEXANIMA. Cicero de Oratore lib. II: tantam vim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est 'flexanima atque omnium regina rerum oratio'. Pacuvius Hermione: o flexanima atque omnium regina rerum oratio! Nonne videtur compiler noster hunc Pacuvii versum ex annotatione in Ciceronis locum marginali eadem socordia sumpsisse, qua in lib. III De Indiscretis Generibus, scilicet nominum, post lemma FIGROR, ex Lucilio Sat. X haustum, haec addidit, quae credo eum in annotatione ad locum Lucilianum repperisse: FIGRET. Ennius lib. XVI . . Accius Clytaemestra . . Noli tamen credere eum commentariis solum, non ipsi scriptorum contextui, operam dedisse; nam Lucilii Saturas XXVI—XXX inverso ordine (XXX—XXVI) semper adhibet, nimirum quia eo ordine libros evolvere libuerat, et totos versus omnium, quos adhibet, scriptorum, non disiecta membra (quemadmodum in commentariis Servii, Donati, aliorum mos) proferre solet. Alienis tamen eum annotationibus nec sua indagatione fretum idcirco affirmamus, tum quia homo non nimis doctus fuisse videtur, tum quia duo exemplaria (id est annotationes in duobus exemplaribus) Plauti adhibet, quorum alterum XXI fabulas Varronianas, alterum solas Amph., Asin., Aul. continebat.

1) Ut in Festi epitome operis Verriani, in Noctibus Atticis Gellii, in Etymologiis Isidori, in aliis deperditis.

2) Nam primum quidem magnitudine absurde inter se discrepant libri, quum liber IV^{us}. pp. 232—421, lib. XVII^{us}. pp. 548—550, lib. XX^{us}. paginam dimidiam editionis Mercerianae capiat. Deinde eadem vel prorsus similes res in hoc et illo libro tractantur, ut in lib. VII^o. *invenibo*, in lib. X^o. *aperibo*, in lib. VI^o. *compotem* 'in malam partem positum', in lib. XII^o. *compotem* 'mala in re positum'. Porro lib. VIII^{us}. duabus partibus (1) de formis activis (pp. 467—476), (2) de formis passivis (pp. 476—481), tertia particula, de accusativo casu pro ablativo cum verbis *utor*, *potior* etc. posito, satis incongrue adiecta est.

posuisse. Compiler igitur magis quam auctor fuisse videtur, et, siquando de vera via errat, ab aliis seductus¹⁾; quanquam vix negandum est eum interdum aut minus intellexisse quae in libro, quem adhibuit, repperit, aut librum aberrationibus scribarum depravatam adhibuisse.²⁾ Et compilatorem nostrum unam eandem rationem esse secutum in singulis libris conscribendis manifestum est, et uno eodem ordine catalogos illos vocabulorum, quos ex fontibus supra dictis congesserat, ad partes vocavisse. Quae vocabula huic vel illi libro idonea visa sunt, ea in paginas suas, eodem ordine quo in catalogis steterunt, cum citatione versus scriptoris rettulit; siquae iam relata erant, relationem nova citatione auxit. Verbi causa, in primo libro 'de proprietate sermonum' conscribendo vocabulum *crepera* ex catalogo illo, quem ex suo Lucretii exemplari congesserat, sumpsit addiditque citationem versus Lucretiani (V, 1296); idem vocabulum postea in catalogis ex Accio, Lucilio, Pacuvio, Varrone congestis repperit et cognatum vocabulum in Plautino catalogo minore, ex fabulis Amph., Asin., Aul. congesto; unde

1) Servius eadem quae Nonius docet de verbis Vergilianis *imago* 'pro vagina' (Serv. ad A. VII, 179; Non. 329, 11), *turpe* 'pro grande' (Serv. ad G. III 52, IV 394; Non. 411, 14), *fatigare* 'pro fatigari' (Serv. ad A. VIII, 94; Non. 112, 14).

2) Pravam lectionem *pernix* (444, 13) pro *pernox* in Virg. G. III, 229, cuius etiam Servius mentionem facit, videtur Nonius ex nota marginali ad Cic. Tusc. V, 45 hausisse potius quam ex suo carminum Vergilianorum exemplari. Neque illud *simplicitus* (176, 23) pro *sim implicitus* in Plaut. Merc. 14 in serie lemmatum a suo Plauti exemplari haustorum stat (cf. 184, 22). Sed illud *quae* (130, 16) pro *quam* in Cic. de Orat. I, 38 fuit, ni fallor, vitium libri quem ipse adhibuit (cf. 47, 5). Citationses Plauti Pers. 494 (*pergrandem lucrum* 210, 19), Gellii Noct. Att. XVII, 2, 3 (*in latebras se inlatebrant* 129, 23), Ciceronis Orat. 79 (*quasi supellectilis supellex* 177, 11) videntur sane pravae esse, sed utrum Nonii an scribae culpa parum constat. De iis quae a Gellio Nonius mutuatus sit disputavit Hertz in Opusc. Gell. pp. 85 sqq.

factum est ut prima explicatio vocabuli, postquam novis accretionibus identidem aucta est, hanc denique formam acceperit (13, 11—14, 3):

CREPERA res proprie dicitur dubia: unde et crepusculum dicitur lux dubia et senes decrepiti dicti, in dubio vitae constituti; creperum bellum anceps et dubium. Lucretius lib. V: exaequataque sunt creperi certamina belli. — Accius Phoenissis: quae ego cuncta esse fluxa in mea re crepera conperi. Idem Telepho: nunc tu in re crepera tua quid capias consili vide. — Lucilius Satyrarum lib. V: sicut nunc tu solu' mihi in magno maerore, tristitia in summa, crepera re inventu' saluti's. — Pacuvius Duloreste: non vetet animum aegritudine in re crepera confici. — Plautus in Asinaria: qui quidem cum filio potet una atque una amicam ductet decrepitis senex. — Varro Mysteriorum: prisca horrida silent oracula crepera in nemoribus. *Avernus*, quod lemma sequitur, ex Lucretii libro posteriore (VI, 740) haustum, similiter duabus citationibus Vergilianis (A. VI, 201, 239) auctum est. Tum post *vitulantes* (id vocabulum ex catalogo Naeviano venit, qui semper post Lucretianum in partes vocatur) sequitur lemma ex Accio, accretionibus ex Turpilio, Sallustio, Vergilio, quos auctores solet hoc ordine adhibere Nonius, auctum:

EXTORRIS dicitur extra terram vel extra terminos. Accius Eurysace: nunc per terras vagus, extorris, regno exturbatus, mari. — Turpilius Lemniis: neque durare possunt; ita huius inscientia ac dementia extorrem facit. — Sallustius in Iugurtino bello: sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem et coopertum miseriis efecit. — Vergilius Aen. lib. IV: finibus extorris, conspectu avulsus Iuli. *Enoda* lemma proximum, ex eadem fabula Accii, nimirum ex posteriore fabulae parte, haustum, accretiones ex Accii Alpheisiboea, ex Ennio, Turpilio, Pacuvio, Cicerone de Finibus, Varrone de Vita Pop. Rom. accepit. Quid multa? eadem conscribendi ratio,

idem ordo scriptorum citandorum, eadem seu diligens seu socors operandi constantia in omnibus libris et in omnibus librorum singulorum partibus apparet, unde fit ut tota compositio *Compendiosae Doctrinae*

votiva pateat veluti descripta tabella.

Magni sane inde fructus nobis capiendi, quippe qui fere pro explorato habere possimus quo ordine in fabulis Accii, Turpili, ceterorum versus a Nonio laudati steterint, qui loci *Compendiosae Doctrinae* transpositi a scribis incuriosis, qui interpolati sint. Quibus tamen de rebus, cum in libello meo supra memorato plenius disputaverim, plura hic dicere non necesse habeo (cf. Rhein. Mus. LVII, 196 sqq.).

Sic conscripta est *Compendiosa Doctrina*, sic in lucem, post mortem credo Nonii, edita. Restat ut investigemus quomodo ad aetatem nostram tradita sit.

Ex archetypo uno emanavisse codices, quotquot extant, omnes constat, in quo folium unum libri IV¹, quod tres paginas editionis Mercerianae (406, 12 ad 409, 15) cepit, compagibus solutum et elapsum, post primum folium codicis, quod in vocem *Pausimacho* (3, 13) desiit, insertum esset (vide quae ad loc. annotavi). Utrum in hoc archetypo primum, litteris minusculis scripto, an iam antea liber XVI^{us}. 'De Genere Calciamentorum' exciderit (vide annotata ad loc.), prorsus incertum est. De archetypi et pro archetypi scriptura, forma, orthographia aliquot indicia dant codices L (i. e. L¹), Gen. (i. e. Gen.¹), qui ab archetypo proxime absunt, necnon correctiones eae (F³) in codice Florentino, quae ex archetypo ipso haustae esse possunt (Class. Rev. X, 17). Ea alibi plenius exposui (Philol. LV, 167 sq.; Amer. Journ. Phil. XXII, 29 sqq.).¹

1) Videntur versus singuli 35—40 litteras cepisse; nam sicubi intercidit versus, tot fere interciderunt litterae, ut 495, 35 sqq. 'idem de Vita Populi Romani lib. IV: Hortensius supra decem milia cadum heredi re < liquit. Lucilius

gl. Noni-
anum.

Constat porro vel Caroli Magni tempore vel antea opus Nonianum variis modis in usum studentium ha-

lib. XVIII: milia ducentum frumenti > tollis medimnum, vini mille cadum'; 502, 3 sq. 'Alexandro regi <facta consulti-
taque eius quidem aemulus erat>. Vergilius Aen. lib. VIII:
et vocem', etc. (cf. 478, 27 sqq.; 133, 28 sq.; 17, 4 sq.); quod
etiam fortasse declarat transpositio (*Varro-esse post caesa*)
in 367, 24: 'Varro Cato vel de lib. educ.: id quod postea
verum eē adtestatast Fortuna, ppt cui' aram ea hostia erat
cesa'. Lemmata, quae, sicut contextus, litteris minusculis
in archetypo scripta sunt (unde *cintinnire* pro *tintinnire* 40, 12,
tibicidas pro *cibicidas* 88, 8 in codicibus nostris), praeposito
siglo .c. vel plena scriptione *caput* denotata esse videntur
(ut in L ad 108, 9, in omnibus codd. ad 48, 27 et, ni fallor,
67, 18). Indicis marginalis, quem secunda codicum familia
exhibet, nec non explicationum quorundam vocabulorum,
quae ex margine in contextum tertiae familiae inculcatae
sunt, exemplum in archetypo fuisse credo. Haec compendia
scripturae, aliquam partem ex proarchetypo accepta, men-
tione digna sunt: *P. R.* 'populus Romanus' (cf. Mueller ad
11, 12), *C. R.* 'civis Romanus' (cf. ad 268, 26), *P. C.* 'patres
conscripti' (cf. ad 271, 26, ubi *ēpc.* 'episcopus' LB^A!), *PR.*
'praetor' (cf. Mueller ad 518, 38), *M.* 'magister' (cf. Mueller
ad 257, 28), *S. C.* 'senatus consultum' (cf. ad 373, 34), *filop*
'philosophiae' (cf. ad 86, 28), *pt* 'post' (cf. Mueller ad 353, 6;
358, 7), *at* 'aut' vel 'autem' (cf. Mueller ad 364, 21). Com-
pendia ea quae 'per suspensionem' vocantur, ut *aen.* 'Aeneas,
-ae' (cf. ad 403, 37; 474, 8; Mueller ad 372, 6; 356, 5), maximam
partem in nominibus auctorum et titulis operum apparent,
ut *uerg.*, *georg.*, *aen.*, quae a Muellero in Indice Auctorum
accurate exposita sunt. Illud etiam monendum, scribam
archetypi pro verbis in eodem lemmate saepe repetitis nil
nisi litteram vel syllabam initialem interdum posuisse, ut
in 353, 5 *ni.* 'niti' (cf. Mueller ad loc.), 162, 4 *perm.* 'per-
mitterent', 351, 35 *nob.* 'nobilis' (cf. Mueller ad loc.) et, ni
fallor, *b.* 'bulga' 78, 8 (ubi *hominibus* pro *homini bulga*
codd.)

De sede archetypi nihil docet subscriptio in codice
Montepessulano (vide infra), quae ad Persium, non ad Nonium
pertinet. Traube (Neu. Arch. Deutsch. Geschichtsk.
XXVII, 270) credit proarchetypum scripturam capitalem
'rusticam', quam vocant, exhibuisse, archetypum ipsum
Anglo-saxonicam vel Hibernicam.

bilius reddi coeptum, tum explicationibus vocabulorum in margine adscriptis, tum citationibus additis. Glossarium¹⁾ Nonianum in codice Leidensi (67 F), saec. VIII—IX, et in aliis codicibus habemus, quod edidit Goetz in vol. V Corporis Glossariorum Latinorum. Eius glossas in apparatu critico dedi, sicubi mentione dignae visae sunt; nam plerumque eadem vitia exhibent quae codices nostri et ex eodem archetypo proculdubio emanaverunt. Quam prope ab eo indice marginali absint, quem habet secunda familia codicum nostrorum, alibi docui (Harv. Stud. IX, 67 sqq.).

Codices vero Compendiosae Doctrinae in tres Codicum
familiae
tres. familias disponendae sunt, siquidem aut (1) verum et integrum contextum, aut (2) emendatum, saepius depravatum, hominis semidocti labore, aut (3) excerptum exhibent. Et quoniam archetypum, unde eae codicum familiae ortae sunt, in tria volumina divisum erat, quorum primum libros I—III, alterum lib. IV, tertium libb. V—XX continebat²⁾, satius erit secundum hanc tripartitam divisionem codicum familias percurrere (cf. Philol. LV, 160 sqq.; LX, 217 sqq.; 628 sqq.).

In libris igitur I—III *primae* familiae ascribendus est codex ille insignissimus L(ugdunensis) (Voss. lat. codex L.

1) Id quidem ex indice marginali archetypi nostri vel codicis ex archetypo descripti compilatum, quod declarant huiusmodi glossae: 'Caballi, ubi lecti sunt' (C. G. L. V, 639, 15), 'Cribrum, ubi legatur apud veteres' (639, 32) (cf. 639, 52, 57; 638, 73; 641, 19; 642, 4, 5), 'Quare loci (*leg. logi*) dicti' 651, 22 (cf. 651, 62, 64, 65). Compilatoris (fortasse monachi; cf. mutilata glossa, 641. 24) stultitiam satis indicat haec glossa: 'Trapsuardo parmenone' (648, 2), ubi Nonius 'TRANS. Varro Parmenone', etc. Prava explicatio vocis *concinnare* (639, 49 'Concinnare hic dissipare, alibi componere') auctori indicis potius quam compilatori glossarii ascribenda est.

2) Id quod ex iis, quae de singulis codicibus infra exposita sunt, facile intellegetur. Apparet igitur libros III^{um}, IV^{um}, V^{um}, et nimirum reliquos, ab integris foliis in archetypo incepisse.

fol. 73), saec. IX^o. apud Monasterium S. Martini Turo-
nensis litteris minusculis 'Carolinis'¹⁾, quas vocant,
accuratissime scripti. Duo correctores toti volumini
operam dederunt, quorum alter (L²) codicem tertiae,
alter (L³) codicem secundae familiae adhibuit, uterque
veram, antiquam orthographiam in usitatam commu-
tavit, unde fit ut ipsius scribae manus (L¹) multo
pluris sit aestimanda. In prima parte codicis lemmata
nullo insigni a reliquo contextu discreta sunt, nisi
quod corrector lineam supra duxerit; in ultima parte
sigla superscripta citationes auctorum ab explicatione
vocabulorum segregant. Vide quae de toto codice alibi
disserui (Amer. Journ. Phil. XXII, 29 sqq.).

F. Ex L descriptus est F(lorentinus), saec. IXⁱ.
(Laur. XLVIII, 1), qui nil nisi libros I—III habet
(nam libri IV—XX, a scriba saeculi XVⁱ. additi, ab
antiquo codice alieni sunt), et eos quidem ex codice
optimo deperdito, fortasse ipso archetypo, correctos
(vid. infra). Vide quae de codice alibi disputavi
(Class. Rev. IX, 356; Philol. LV, 160) et quae Onions
in praefatione editionis suae (pp. X sq.). Ex F autem
descriptus est H (cf. Onions in l. c. pp. XVII sq.) et in
partem (lib. II med.—III fin.) E (cf. ibid. pp. XVIII sq.),
quibus de codicibus infra agetur.

Itidem secundae familiae unum solum codicem
g. habemus G(udianum), saec. Xⁱ, olim fortasse abbatiae
S. Victoris Parisinae (cf. Mueller in vol. II, p. 303 edi-
tionis suae, ubi plena codicis descriptio est), nunc
bibliothecae Wolfenbuettelanae (Gud. 96), qui in forma
et scriptura Harleiani persimilis est. Index ille mar-
ginalis, quem huius codicum familiae proprium, fuisse
iam dixi, quemque alibi (Harv. Stud. IX), copiis
Onionsianis usus, publici iuris feci, correctoris manu
adscriptus est.

1) Quam scripturam etiam ceteri codices Noniani ex-
hibent.

Porro ex eodem fonte quo G emanaverunt correctiones eae in H (vide infra) et in L, quas siglis H² et L³ denotavi. Eundem fere contextum exhibent PE usque ad II med. (ubi P deficit); sed utrum re vera de hoc fonte an de codice ex hoc fonte correcto derivati sint parum constat.¹⁾

Tertiae familiae codices in eo conspirant, quod librum III^{um}, qui de generibus, non de significationibus, nominum agit, omittunt; in eo discrepant, quod quattuor, ex fonte quem siglo C^A designavi orti, integrum contextum in initio libri I (usque ad vocem *conficeret* in p. 11, 3) exhibent, reliqui autem tres, ex altero fonte, cui siglum D^A apposui, nil nisi excerpta praebeant, citationibus plerumque omissis. Quae excerpta in C^A et in D^A eadem erant. Ex C^A igitur descripti sunt hi codices:

(1) Paris(inus lat.) 7666, saec. Xⁱ, olim Floriacensis (cf. Rev. Philolog. XXVI, 211), tum ex bibliotheca Colbertina in Nationalem, quam vocant, transmissus. Sunt qui 'Colbertinum' appellent. Paris.
7666.

(2) Lugd(unensis) (Voss. 4^{to}. 116), saec. Xⁱ.—XIⁱ. Lugd.

(3) Bamb(ergensis) (M. V. 18 = Class. 30), saec. Xⁱ.—XIⁱ. Caret nunc folio in quo haec contextus pars erat, *ars est* (42, 19) — *noctis diei* (66, 9). Bamb.

(4) Turic(ense fragmentum) (C 79b), saec. Xⁱ, de quo Meylan plenius disseruit (Nonius Marcellus, collation de plusieurs MSS., p. 13). Has partes contextus Noniani exhibet: 406, 29 (*uirgilius ingeorgicon*) — 408, 32 (*iratus pater*)²⁾; 66, 5 (*lib. 1. aut unde*) — Turic.

1) Codicem Poggianum, nunc deperditum, de quo Poggius (Epist. XII, p. 148 Tonell.) ad Nicolaum Nicolum haec scribit: 'mittas etiam libellum Nonii Marcelli, quem ad te misi una cum aliis rebus ex Parisio scriptum antiquis litteris', caruisse libro III^o. inde colligit Mueller (II, p. 266) quod libri Italici plurimi eo libro careant.

2) Hic locus in folio illo transposito archetypi erat, de quo. supra dixi.

70, 5 (*diligentia adiuvabit*); 74, 21 (*Aberruncare euertere*) — 91, 4 (*cupidissime*); 94, 19 (*Catellos uarro*) — 99, 13 (*μελιηδεα*); 125, 27 (*Inluuies sordes*) — 130, 5 (*Inmissum pro demissum*); et eas quidem inlitterate descriptas, multis temere omissis.

De fonte quattuor codicum et de codicibus ipsis plura alibi disputavi (Philol. LX, 628).

Fontem D^A hi referunt:

Paris. 7665, Bern. 347, 357. (1) Paris(inus lat.) 7665, Bern(ensis) 347 et 357, unus olim codex, nunc tripertito divisus. Et partes quidem Bernenses lib. IV^{um}. habent, cuius ultima portio (a voce *Tenct*, 412, 40) in Bern. 357 est, pars Parisina reliquos libros. Hic codex, saec. X^o. scriptus, bibliothecae Petri Danielis erat, ex bibliotheca nimirum Floriacensi ad eum delatus.

Montepess. (2) Montepess(ulanus) (212), saec. Xⁱ. Subscriptio illa¹⁾, nunc truncata, quae in fol. 66v. in fine Noniani contextus est: *Iun. Tryfon. Sabinus protector domesticus legi meum dd. nn. Arcad. et Honorio quinquies consulibus prout potui sine magistro emendans adnotavi anno aetatis tricesimo et militiae quarto in ciuitate Tolosa ad contextum Persii Saturarum pertinet*, quae in foll. 66v.—79 descriptae sunt, a scriba glossarum Persianarum addita.

Oxon. (3) Oxon(iensis), bibliothecae Bodleianae (Canon. Class. Lat. 279) codex, saec. Xⁱ. ex. (cf. Onions praef. p. X).

Praeter eas tres codicum familias praesto sunt nobis correctiones quaedam in codicibus F et H, quas siglis F³ et H³ denotavi.

F³. Correctionum siglo F³ denotatarum plenam notitiam alibi reperiēs (Class. Rev. IX 396 sqq., 447 sqq., X, 16). Hic sat erit aliquot earum promere, quo facilius quanti sint momenti intellegatur:

1) Paginam codicis, in qua ea subscriptio stat, phototypice exhibuit Chatelain (Paléogr. Class. lat. X, 122).

30, 21 *difficillimum* F³: *dicit facillimum* cett.

68, 3 *centurionibus* et *decurionibus* F³: *centurionibus* cett.

82, 23 *Varro* F³: om. cett.

178, 24 *calvam* F³: om. cett.

Quae sane ad orthographiam spectant, eas correctori ipsi ascribere licet; reliquae fere omnes ex optimo fonte emanaverint necesse est, fortasse ex archetypo ipso (cf. Class. Rev. X, 17 sq.; Philol. LV, 166); nam ultra archetypum non sapiunt. Onionsio id acceptum referimus, quod primus eas lectiones pretiosissimas in lucem protulit et docuit Harleianum codicem ex correcto Florentino esse descriptum (vid. praef. eius pp. X sqq.). Indicis marginalis aliquot vestigia hunc correctorem servavisse iam dixi (p. XX), ut illud *Assestrix* ad 150, 36, quae omnia in apparatu critico religiose commemoravi.

In Harleiano corrector quidam¹⁾ saec. Xⁱ, qui mar- H³. gines copiosa glossarum congerie replevit, contextum omnium librorum haud raro emendavit. Et quum glossarum marginalium auctor, de quibus alibi (Archiv. Lat. Lexikograph. IX, 598 sq.) breviter scripsi, nonnihil hic illic doctrinae prae se ferat, potest sane contextum suo Marte emendasse, quod quidem ad 168, 7 (ubi *una aetate* codd.) ipse fatetur: 'una estate' forsitan debet esse, quia tunc fiunt bella, vel 'una etate', uno seculo. Interdum tamen eum codices in partes vocasse declarant ea quae ad 74, 5 *Appetones* (*Apeditones* C^AD^A), 31, 11 *conpersit* adscripsit: 'alter apeditones'; 'in quibusdam codicibus habetur conspersit'.

In libro IV^o. *prima* familia constat ex L et ex duobus codicibus, qui, uno ex fonte (A^A) orti, longe

1) Aremoricum eum fuisse indicat glossa Aremorica *guelch* ad lemma STRABONES (p. 27 M.) (cf. Zeitschr. kelt. Philolog. I, 25). Eius manus in multis locis persimilis est alterius correctoris (H²), ut aegre dinoscatur.

Gen. tamen inter se discrepant. Nam Gen(evensis) (84), saec. IXⁱ. codex¹⁾, fidelissime archetypum sequitur, ut ex consensu codicum Gen. et L ipsas litteras, fortasse etiam ipsa scripturae compendia, quae in archetypo erant, indagare possimus. B(ernensis) (83) autem, olim Remensis²⁾, decimo saeculo scriptus, tot loca omittit, tot mutat, tot prave refert, ut nescias an epitome, ab homine semidocto³⁾ facta, verius appelletur. Citationes sane Vergilianas saepe emendatiore forma quam ceteri codices exhibet, sed ita ut Vergilium, non Nonium referat (cf. Philol. LX, 223 sqq.).

Gen.⁴⁾ Hac etiam in re praestat Bernensi Genevensis, quod correctiones aliquot optimas accepit (cf. ad 353, 34; 343, 26; vid. Philolog. LX, 227). Quas tamen nonnumquam, si non semper, e coniectura emanavisse declarat illud *Cic. de Senectute* 246, 22 (om. LB: add. Gen.⁵⁾; nam codices secundae familiae veram Nonianam formulam citandi conservaverunt, *M. Tull. de Senectute*.

Cant. Ex Gen. descripti sunt Cant(abrigiensis), saec. IX ex., nunc bibliothecae Universitatis Cantabrigiensis (Mm V 22), olim abbatae S. Sulpicii Bituricensis⁴⁾ et (in hoc quarto libro) H (cf. Philolog. LX, 224). Ex

1) Vide quae de eo codice exposuit Meylan l. c. pp. 10 sqq. Eundem esse ac 'Tornaesianum', quem Mueller in vol. II, p. 307 editionis suae commemorat, alibi (Class. Rev. XV, 156 sq.) demonstravi.

2) Vid. Meylan. l. c. pp. 26 sq.

3) Haec subscriptio est in p. 2: *liber fratris Emmonis dono Teutboldi ad obsequium sancti Remigii*. Emmo fuit monachus Remensis tempore abbatis Hincmari II (945—967 P. C.). De laudato loco Noniano ab abbate Hincmaro I († 882 P. C.) vid. Mueller in editione sua, vol. II, p. 268.

4) Cf. Rev. Philolog. XXVI, 211; Zangemeister (Rhein. Mus. XXXIII, 464). Eius codicis lectiones dedi alibi (Rev. Philolog. XXV, 50 sqq.). Correctiones (Cant.⁵⁾ ex codice secundae familiae emanaverunt, sicut etiam in Gen. eae quas siglo Gen.²⁾ denotavi.

Cant. ipso descriptum esse (in hoc quarto libro) P (vid. infra) demonstravit Onions (Class. Rev. III, 301).

Ex codice deperdito, descripto primum ex L, tum correcto ex fonte bono, descriptus est E (vid. infra), unde fit ut eae lectiones quae in E (i. e. E¹) nec tamen in L apparent, nonnihil pretii habeant (cf. Philolog. LX, 218 sqq.), velut 356, 7 *agelli* E (ubi *macelli* L).

Secundae familiae unus codex ascribendus G (vid. supra), itidem correctiones in H (H²), in L (L³), in Gen. (Gen.²), in Cant. (Cant.²), in P (P²), in E (E²).

Tertiae familiae trias ex fonte D^A orta librum IV^{um}. in excerpta, ut solet, forma exhibet, et eum quidem ante ceteros Nonii libros positum. Fons alter (C^A) cur hunc librum¹) omiserit, infra quaeretur.

In libris V—XX *prima* familia constat ex L et ex tribus codicibus quorum fontem siglo A^A denotavi, H(arleiano), P(arisino), E(scorialensi). Nec dubie triadis optimus est Harleianus; nam P et E, artissimo vinculo coniuncti, pessimis erroribus scatent, ut *Prisciano* pro *populi Romani* (in archetypo per compendium *P.R.* scripto) 545, 23 et alibi.

Harleianum, saec. IXⁱ.—Xⁱ., nunc Musei Britannici H. (Harl. 2719), olim fortasse monasterii nescio cuius Aremorici (vid. supra), iam cognovimus descriptum esse in libris I—III ex F et in lib. IV^o. ex Gen.; porro in omnibus libris ex codice secundae familiae correctum esse (H²) et indice marginali auctum. De correctore altero (H³), qui novam glossarum marginalium copiam adscripsit, supra dictum est. Codicis lectiones publici iuris fecit Onions in *Anecdotis Oxoniensibus* a. 1882 editis, qui primus docuit earum praestantiam in libris I—III inde ductam, quod in iis libris ex correcto

1) Locum illum (406, 12—409, 15) libri IVⁱ., qui in transposito archetypi folio (vid. supra) erat, habuit quidem plene descriptum, sicut etiam vicinum contextum libri Iⁱ.

codice Florentino derivatae sint, et Muellerum in editione sua nimis Harleiano confisum.

- P. P(arisinus), saec. Xⁱ, nunc bibliothecae Nationalis, quam vocant (lat. 7667), olim Floriacensis (cf. Rev. Philolog. XXVI, 211), non solum in libris V—XX, sed etiam in libris prioribus cum E consentit; nam ab initio usque ad lib. II med., ubi deficit P, eundem fere contextum uterque codex exhibet, et eum quidem descriptum aut ex fonte secundae familiae aut ex codice nescioquo primae familiae, qui ex secundae familiae codice correctus et indice marginali auctus erat. Contextum similiter contaminatum in libro IV^o. praebet P, quippe qui, ut supra dictum est, in eo libro ex correcto codice Cantabrigiensi descriptus sit. Itaque nonnisi in posterioribus libris lectiones Parisini, haud ita pridem 'codicis optimi' appellati, mentione dignae sunt. Congestae sunt a Meylano in libro iam citato. Correctiones eae, quas cum indice marginali ex codice nescioquo secundae familiae tum in lib. IV^o., tum in libris V—XX Parisinus accepit, siglo P³ a Meylano, sed P² a me denotatae sunt.

- E. De E(scorialensi) (M III 14), codice saec. Xⁱ, olim S. Petri Gandensis¹⁾, iam dictum est, eum in libris I—II med. ex eodem²⁾ fonte quo P, in libris II med. — III ex correcto codice Florentino, in lib. IV^o. ex deperdito codice similiter correcto descriptum esse. Correctiones (E²) et indicem marginalem ex codice nescioquo secundae familiae tum in lib. IV^o., tum in libris V—XX accepit.

Secundae familiae est G (vid. supra). Accedunt correctiones in H (H²), in L (L³), in P (P²), in E (E²).

1) Vid. praef. editionis Onionsianae pp. 13 sq.; Class. Rev. IV, 346.



2) Etiam indicem marginalem in libris I—II med. ex eo fonte descripsit E. Nullum habet in libris II med. — III (cf. Class. Rev. IX, 357).


Tertia familia, ut in libris I—II (om. III), itidem in libris V—XX bipertito divisa (cf. Philolog. LX, 628). Nam pars una (D^A), codices Paris. 7665, Montepess., Oxon., integrum contextum in initio lib. VIⁱ. solum habent (usque ad vocem *parvissimus* 456, 10), antea et deinceps excerptum, ut solet; reliqui vero, quos siglo C^A comprehendi, integrum contextum per totos libros VI—XX (sed in libro V^o. excerptum) exhibent. Neque tamen hi codices (Paris. 7666, Lugd., Bamb.) ab hac familia abiudicandi, nam lectiones eorum adeo cum lectionibus siglo D^A designatis conspirant ut ex eodem fonte ultimo emanasse videantur. Quae cum ita sint, suspicor in ultimo illo archetypo huius tertiae familiae notas quasdam infuisse haud dissimiles earum, quae in parte codicis L (vid. supra) adhuc apparent, ita dispositae ut lemma ipsum et eius explicatio ab citationibus, quae sequuntur, secludantur, quo melius in formam Glossarii opus Nonianum redigatur; diversitatem autem librorum C^A et D^A inde ortam, quod C^A multo plus quam D^A eas notas neglexerit. Nam C^A integrum contextum praebet non solum in libris VI—XX, sed etiam in initio libri Iⁱ. (vid. supra), D^A autem solum in libro VI^o. Suspicor porro in illo archetypo, in Glossarii usum conformato, librum IV^{um}., qui ex omnibus libris Nonianis Glossarii simillimus est, primum¹⁾ locum habuisse, et a scriba codicis C^A ideo praetermissum esse, quia sequeretur liber 'primus' designatus. In codice D^A aut casu aut consilio lib. XVII^{us}. 'De Colore Vestimentorum' post librum XIV^{um} 'De Genere Vestimentorum' collocatus est; consilio, ni fallor, lib. IX^{us}. 'De Numeris et Casibus' omissus.

Subiungo stemmata codicum:

Stemmata
codicum.

1) Paris 7665, qui codex (cum Bern. 347 et 357) archetypum D^A fere repraesentare videtur (cf. 62. 14 homerum (*sic*) *eras.*: om. Montepess., Oxon.), habet in titulo lib. Iⁱ. ITEM NONII MARCELLI DE PROPRIETATE SERMONVM, quasi prorsus diversum opus inde ordiretur.





Quomodo igitur aestimandae sunt eae tres familiae codicum vel potius tres libri deperditi, ex archetypo codice orti, unde eae codicum familiae emanaverunt? Quanta fides unicuique attribuenda? Sane tertiae familiae parens liber ideo in suspicionem venit, quia aperte id egisse videtur ut opus Nonianum formam Glossarii, quantum fieri posset, haberet. Itaque explicationes vocabulorum addidit, ut:

177, 17 Sportas [aut ab spartu, quasi sparteas, aut ab sportando]¹⁾,

167, 20 Reda [vehiculum],

167, 22 Recentiorum [novorum];

verba Nonii parum religiose mutavit, ut:

243, 3—8 Alumnum, filium [vel] dominum (pro *Alumnum, filium* . . *Alumnum, dominum*),

250, 15—18 Plautus hanc . . (pro *Plautus in Asinaria* . . *et in Aulularia hanc* . .);

citationes plerasque siglis additis (vid. supra) praetermittendas esse indicavit.

Necnon secundae familiae parens liber suspicionem commovet. Nam quamvis illud non reprehendendum sit, quod in margine index lemmatum (fortasse ex archetypo aliquam saltem partem haustus) adscriptus est, de quo supra dixi, nihilominus satis constat contextum totum semidocti editoris²⁾ manus perpressum,

1) Ea explicatio ex Isidori Orig. XX, ix, 10 venisse videtur: Sporta vel quod ex sparto fieri solet, vel quod exportat aliquid.

2) Quis fuerit, ignotum. In fine Gudiani, qui codex unus (nisi quidem in libris I—II med. PE adiungendi sunt) ex hoc parente libro descriptus est, sunt inter alias monasticae doctrinae quisquilias *versus Erberni, quos edidit de nominibus mensium*. Cum parens liber huius familiae contextum correctionibus interlinearibus et marginalibus emendatum exhibuisse videatur (vid. Onions in Praef. p. XXI; Philolog. LV, 165), sicubi et archetypi lectio et emendata lectio in codicibus huius familiae servatae sunt, illam neglexi, hanc solam commemoravi.

adeo ut quae in archetypo aut perperam aut obscure scripta sunt, ea plerumque mutata sint, saepe in melius, saepe in peius, raro autem fideliter descripta. Exempla aliquot subiungimus (plura in Philolog. LV, 165; LX, 217 sq. reperies):

- 322, 7 furacissimus (pro quo *furacessemus* in Archetypo)] furaces essemus B^A: furaces semus L¹: furaces emus A^A;
 330, 17 cantustolidum (*cantustotidum* in Arch.)] cantu custoditum B^A: cantustotidum A^A et (ex *cantustoditum*) L;
 39, 21 adplicare] amplificare B^A: anplicare L;
 209, 22 ac (*hac* in Arch. et F³) video hanc] video hanc B^A: hanc video hanc L.

Contextum eo modo in speciosam veri formam reductum scribis medii aevi adeo placuisse, ut plerique codices Noniani inde correctiones suas (L³ H² E² P² Gen.² Cant.²) acceperint, minime mirum. Illud magis admirandum, etiam recentiores editores eiusmodi contextui palmam dedisse; quos parum secum reputasse credo quam raro codex B^A ipsas litteras archetypi in locis corruptis repraesentaverit, quam in promptu sint eae emendationes quas recte fecerit.¹⁾

Plurima igitur fides ei familiae habenda, quae verba archetypi sine omissionibus, sine interpolationibus, sine emendationibus repraesentavit. Eius familiae, primam dico, optimus codex est L (i. e. L¹), quocum in libro IV^o. collocandus est Gen. (i. e. Gen.¹). Itaque pro religione habui lectiones (L¹) codicis L quasi

1) Monendum etiam est aliquot lectiones, quas H² siglo denotaverunt editores, revera alterius correctoris (H³) esse, ut *mimicus* (pro *amicus*) 170, 3. Illud quoque mentione dignum, quod in 51, 3, ubi primum verbum lemmatis *peni vel penoris* cum verbis graecis praecedentibus inclusum erat, adeo ut lemma ab *vel penoris* incipere videretur, lacunam falsissime significavit B^A. Cave igitur ne nimiam fidem ei habeas lacunae spatium definienti in 17, 4—5.

omnes ad unam commemorare, praesertim in libro III. ubi tertiae familiae testimonium deest, aliquanto minus in libris IV—XX ubi et aliud testimonium primae familiae, et plenissimum tertiae praesto sunt.

Locus tamen vel superior dandus iis correctionibus (F³) in F quae ex fonte optimo, fortasse ex ipso archetypo, emanaverunt. Quanquam enim pars exigua earum coniectura niti potest, pleraeque manifestissime ipsa verba archetypi referunt. Necnon in libro IV correctiones in Gen., siglo Gen.³ designatae, in pretio sunt; et in eodem libro eae lectiones in E, quae correctionibus ex bono fonte haustis referendae esse videntur. De correctionibus in H, quibus siglum H³ apposui, difficile est iudicare, quot earum ex coniectura viri doctioris quam aequales sui, quot ex bono codice deperdito provenerint. Quibus de correctionibus omnibus (F³ Gen.³ E H³) vide quae supra in pp. XXIV—XXVII dicta sunt.

Et quoniam codices et codicum familias et aestimationes exposui, exponendum est quemadmodum in hac editione sim codicibus usus. Scito igitur, lector benevole, me eam viam secutum, ut de codicibus ipsis (excepto L solo), quantum fieri posset, silerem, de fontibus, unde codices defluerunt, notitiam praeberem.

Copiis autem usus sum, a viro doctissimo, Ioanne Henrico Onions, congestis¹⁾, qui codices Nonianos antiquiores omnes praeter E Turic. ipse contulerat et editionem *Compendiosae Doctrinae* inchoaverat, quam utinam conficere potuisset! Iis addidi ipse collationes codicum E Turic.; porro operam haud parvam codicibus F L H Oxon. impendi, necnon codicum reliquorum ad unum omnium locos plurimos inspexi. Cantabrigiensis

De apparatu huius editionis critico.

1) Post mortem eius praematuram depositis in bibliotheca Aedis Christi, collegii in Universitate Oxoniensi. Continent (1) lectiones discrepantes omnium codicum (praeter E Turic.), ita dispositas ut in editione sua librorum I—III (Oxon., 1895), (2) contextum partis lib. IVⁱ.

collationem suam Car. Zangemeister amicissime commodavit. Ab eodem viro doctissimo facta collatio codicis L in editione Muelleriana praesto erat; itidem collationes codicum P Gen. B a Meylano in libro iam citato promulgatae.

In apparatu autem critico conscribendo ea mihi lex imposita est, ut brevitati summo opere consulerem. Necesse igitur habui eas lectiones discrepantes praetermittere:

(1) quae ad orthographiam meram spectant, ut *atque* pro *ac* (14, 25), *et fecit* pro *ecfecit* (14, 27), *relinquere* pro *reliquere* (1, 10). Siquae tamen digniores visae sunt, malui commemorare, ut *Medientius* (272, 26).

(2) quae in titulis librorum satis cognitae sunt, ut *Varr. Prom. libro I* pro *Varr. Prom. Libero* (28, 3), *Cic. de Oratore* pro *Cic. in Oratore*.

(3) quae in C^AD^A excerptae causa extiterunt, ut illa supra commemorata (p. XXXIII) *filium [vel] dominum* (243, 3—8), *Plautus hanc* (250, 15—18) pro *Plautus in Aulularia hanc*.

(4) quae in graecis vocabulis satis cognitae sunt.

De ortho-
graphia
huius edi-
tionis.

Eadem necessitas brevitatis me coegit facere id quod fecisse non nimis placet. Nam orthographia Noniana, vel saltem orthographia in archetypo adhibita¹⁾, si in contextu fideliter repraesentata esset

1) Eam optime servaverunt scribae codicum L Gen.; nam scribae codicum C^AD^A et imprimis B^A necnon correctores codicum F(F⁸) L(L²L⁵) Gen. (Gen.²) usitatam orthographiam parum feliciter induxerunt (cf. 443, 23 ubi *nomina*vet L¹ pro *nomen* habet, sed *nominavit* L corr.). Habuit igitur archetypus codex *exhibetur* (L¹ Gen.¹) pro *exhibitor* (281, 14), *nemfe* (L¹ Gen.¹ fere) pro *nymphae* (401, 26), *petagoras* (L¹ Gen.¹) pro *Pythagoras* (417, 26), *quiatum* (codd.) pro *cyathum* (83, 20) *hequira* (L¹ Gen.¹) pro *Hecyra* (382, 24), *absenthi* . . *acervum* (L¹ Gen.¹) pro *absinti* . . *acerbum* (241, 33—34), *zeferumque* (L¹ Gen.¹) pro *Zephyrumque* (246, 31), *guirum* (L¹, unde *virum* cett.) pro *gyrum* (252, 18), *erex* (L¹, unde *rex* cett.) pro *Eryx* (302, 33), etc. Noli igitur mirari

neque locus in apparatu critico datus ad monendum

et in Glossario illo Leidensi, saec. VIII—IX¹, supra memorato, et in indice marginali codicum secundae familiae, ex Nonii lemmate *hilaretur* (121, 24, ubi citantur Ciceronis verba *quo sensus hilaretur*) factam esse glossam *hilariter iocunde*(iu-).

Quod Nonius v. g. lemma *quadrifariam* (92, 11) inter lemmata a C littera incipientia collocat et vocem *laevus* a *levare* derivat (51, 10 Laevum significari veteres putant quasi a levando), non est cur credamus eum *cuadrifariam*, *levus* vel hic vel ubique scripsisse; nam commodius erat et q et k litteras incipientes cum c collocare, neque Varro, qui nomen *Gracchus* a verbo *gerere* derivavit, 'Geracchus' scripsit (cf. 18, 14 Rudus . . quod raditur; 28, 32 merenda . . cibus post meridiem qui datur). Non tamen desunt indicia sic esse scriptum titulum fabulae in exemplari Terentii a Nonio adhibito, *Formio* (cf. 'Non. Marc.' p. 120), quocum consentit illud *uimarcus* pro *Bimarcus* in codicibus nostris mira cum constantia exhibitum. Et cum Nonius ipse idem lemma duabus formis, *bulga* (78, 2), *vulga* (187, 17) scripserit, apparet eum in citationibus orthographiam librorum quos adhibuit eadem vel socordia vel religione secutum esse qua in titulis citandis, ut *Cicero de Oratore*, *M. Tullius de Finibus*, *Lucilius Satyrarum lib. II*, *Lucilius lib. XXVIII* (cf. 'Non. Marc.' pp. 7 sqq., 109). Credo igitur eum ea lemmata quae ex glossariis verborum et adverbiorum, ordine, quem vocant, alphabetico diligentissime dispositorum, sumpsit sic scripsisse, quemadmodum in glossariis exhibebantur, verbi causa:

74, 1 sqq. Adauctavit, Adaxint, *Adfectare* (*Aff*—codd.),
Adiugare

178, 5 sqq. *Taetret* (*Tetr*—codd.), Tetinerit
(cf. 'Non. Marc.' pp. 9, 96). Quatenus autem archetypum nostrum, scriptum fortasse saec. VIII^o. in monasterio nescioquo insularum Britannicarum, veram Nonianam orthographiam servaverit, longum est investigare. Indicia sanè orthographiae antiquioris a scribis medii aevi inculcatae satis tenuia sunt, ut (440, 3) *ad* (L¹) pro *ac* (fortasse prave scripto *at*), (391, 39) *promissa adstare* (LA^A) pro *promissa stare* (*promissa astare* B^A), (82, 24) *adlis* (codd.) pro *athlis* (scripto, ni fallor, *atlis*) (cf. Class. Rev. X, 233 sq.). Sed formas *scribsi*, *scribtum*, etc., saepe archetypo nostro exhibitas, nullus non exhibet codex in scriptorio Hibernico vel Anglo-saxonico descriptus; quanquam fatendum est eas etiam alibi inveniri.

lectorem, veritus sum ne nimium laboris lectori imponeretur. Satius igitur visum est formas nimis insuetas et intellectum obscurantes in hac minore editione abicere, ut *quod* pro *quot*, *ad* pro *at*, *meret* pro *maeret*, *nequit* pro *nequid* (neque tamen *set*, *haut*, *aput*), praesertim cum in Teubneriana maiore, a Muellero facta, codicis L(L¹) orthographia accuratissime commemorata sit in apparatu critico, saepe etiam in contextu adhibita, v. g.: *dad* pro *dat* 154, 25 (neque tamen *aximad* pro *ac simat* 169, 35), *astam* 272, 26, *aedos* 348, 25, *Oratius* 120, 5 (neque tamen *hossiculatim*, *hedium* 332, 16 et 449, 28), *sculitate* pro *squalitate* 126, 4, *kandikantia* 213, 27. In citationibus vero antiquiorum scriptorum curam dedi nequa vera, antiqua scribendi ratio supprimeretur.

De loco-
rum cita-
torum
forma.

Minus dubitanter eam rationem sum secutus, ut locos scriptorum a Nonio citatos iis verbis exprimere conarer quibus Nonius, potius quam quibus ipse scriptor usus est. In loco Ciceroniano sub lemmate *Religio* (379, 3) citato scripsisse Nonium *maiores* pro *ut maiores* Ciceronis inde liquet, quod ea lemmatis portio ex Gellio (Noct. Att. IV, 9) sumpta est, qui illud *ut* praetermisit, non ex Cicerone. Itaque, ne apparatus criticus plus iusto extenderetur, nolui commemorare ipsa verba scriptoris a verbis codicum Nonianorum discrepantia, nisi sicubi suspicio suberat ne ea a Nonio recte primum data, a scribis postea corrupta essent (cf. ad 189, 1; 437, 9—10; 54, 17; 58, 26; 176, 23).

De ratione
emen-
dandi.

Hactenus fere de contextu archetypi restituendo egimus. Ei tamen qui Compendiosam Doctrinam in veram formam redigere vult, 'periculosae plenum opus aleae', quaerenda ratio qua ipsa Nonii verba ex corrupto archetypi contextu eruatur. Cum igitur Nonius magnam in partem iis auctoribus citandis occupatus sit, quorum de scriptis aut nulla aut tenuissima notitia servata est, summa cautione opus erit, ne temere codicum testimonium aspernati ita vitemus Charybdis ut

in Scyllam incidamus. Qui enim secum reputat quoties Vergilii versus integer, manca sententia a Nonio citetur, ut illud (A. XI, 541) 'infantem fugiens media inter proelia belli' (437, 19; s. v. Bellum et Proelium), is facile agnoscet etiam Ennii, Accii, Pacuvii versus eiusmodi in Compendiosa Doctrina esse neque nimis indulgebit prurigini emendandi. Itaque eam mihi legem imposui ut archetypi lectionibus, quantum fieri posset, locus in contextu daretur, virorum doctorum coniecturis locus in apparatu critico (cf. Class. Rev. XVI, 46 sqq.).

Et quamvis fatendum sit Compendiosam Doctrinam, quippe quae in tot monasteriorum medii aevi bibliothecis partes Glossarii latini ageret, interpolationibus et transpositionibus valde obnoxiam fuisse, tamen Muellerum¹⁾ in editione sua, dum ea vitia corrigere vult, saepius sana vitiasse quam vitiosa sanasse nunc demum comperimus, ratione quam Nonius in opere suo conscribendo secutus est reperta (vid. 'Non. Marc.' pp. 93 sqq.).

Quae res dubitationem quandam animo inicit monetque me ne nimis confidenter hunc et illum locum, qui me quidem iudice ineptias aevi Carolingici redolere videtur, prorsus ab hac editione excludam. Est quidem ubi vix toleranda sit dubitatio. Nam in 49, 21 lemma *TIBINOS, a tibiis modos*, quippe quod inter versus Varro-nianos s. l. TONIMVS citatos inculcatum sit, proculdubio in margine archetypi ad verba Varroniana *tibi nos* explicanda adscriptum erat. Tum perversa illa explicatio vocis *velum passum* (s. l. PASSVM 11, 26), cum citatione versus ex Plauti Sticho (369), ideo suspicionem com-movet, quia ordinem lemmatum Plautinorum, a Nonio alibi tam constanter servatum, turbare videtur. Alienus a lem-mate SVBNIXVM (405, 22) ille locus Vergilianus

1) Cuius tamen dispositionem lemmatum in libro IV^o, commodiorem sane quam fuisse Nonianam credo, conser-vare, quantum fieri posset, malui quam lectori molestiam sine iusta causa afferre (cf. 'Non. Marc.' p. 79).

(A. III, 326) 'iuvenemque superbum Servitio enixae tulimus', alienus etiam ab archetypo si credendum est optimo testi (Gen.¹), qui totum locum omittit. Quid multa? siquis Glossarium Nonianum, quod in codicem Leidensem saec. VIII—IX¹. ex marginibus aut archetypi aut codicis ex archetypo descripti venit, et indicem illum marginalem, quem exhibent codices familiae secundae, diligenter perspiciet, credo eum plurimis in locis ubi 'Nonius nugans' a Muellero culpatur, culpam in interpolatores Carolingicos translaturum; ut puta in 98, 10: DEVORARE, absumere, eripere. Accius Aeneadis 'patrio exemplo et me dicabo atque animam devôro hostibus', Nonianum mecum credet lemma fuisse nil nisi DEVORO. Lemmatum enim refictorum non desunt certissima exempla, ut illud (444, 8) PERNICITATEM pro PERNICITATEM ET VELOCITATEM, ideo curtatum quia in citatione Ciceroniana verba *et velocitatem* exciderant ex codicibus (cf. 102, 1; 167, 20, 22; 116, 2). Plerumque tamen in locis suspectis malui monere in apparatu critico locum fortasse secludendum, quam e contextu ipso secludere.

De titulo operis nil nisi tenue codicum testimonium praesto est (cf. p. 1 infra). DE COMPENDIOSA DOCTRINA tuetur Onions (Class. Rev. III, 300); COMPENDIOSA DOCTRINA scribit Mueller. Equidem in re dubia, ut mos meus est, codices sequor.

Haec fere habui, lector benevole, quae te scire vellem antequam hanc editionem Compendiosae Doctrinae evolveres. Quot vitia habeat non ignoro; sed profecto qui eiusmodi opus editurus expectat dum omnia in ordinem redigantur, rusticus expectat dum defluat amnis.

Dabam Andreapoli,
Kal. Dec. a. MDCCCCL.